

cum *Bellarmino* aliisque ex
hoc grege putat. Faciendae
potius sunt propositiones par-
ticulares. *Prima*: Aliquand-
o id, quod revera ineſt, dici-
tur imputari, sicut *factum*
heroicum *Pinehæ Ps. CVI, 31.*
merces operanti, Rom. IV, 4. &
contraria, non imputari *stultitia*,
Jobi XLII, 8. quæ tamen amicis
eius revera inerat. *Secunda*:
Aliquando imputari etiam di-
cuntur ea, quæ denominato
non insunt. Sic *Paulus* po-
stulat *imputari sibi peccata*,
Onesimi, Ep. ad Philem. v. 18.
& *Christo actu ipso imputata*,
sunt peccata nostra, Es. LIII.
v. ult. Marc. XV, 28. Luc. XXII, 37.
Quid? quod non tantum ver-
bum compositum, non justifica-
re, sed & simplex, non facere, stilo
Biblico ita sumatur. *Circum-*
cisio, inquit Paulus Rom. II, 15